Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36640
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

·XII·

Itemque quam contra eum per elationem superbiat; Cum tamen amorem
suum & humilitatem pusillitate ei prodere recusat;
SEQUITUR Et circuitum dabis eam; circuitum dat doctor
auditoris animae· Cum in omne quod in hac vita agitur
temptationum laqueos adponi posse denuntiat; Ut tunc
ubique sit mens pavida ubique circumspecta· quanto timi
dior tanto vigilantior vivat; SEQUITUR;
Signum est domui Israhel· Si ad historiam obsidionis quae iuxta
litteram facta est signum est domui Israhel quod propheta vixit
fecit· Si ad mysterium quod cotidie agitur unius cuiusque anima
a doctore agitur; Signum est domui Israhel· & hoc quod agit & hoc
quod agendum nuntiavit· Quia sicut domus Israhel obsidionem corpo
raliter pertulit· ita unaquaeque anima quae iam servire omnipo
tenti deo incipit obsidentes se insidias malignorum spirituum sentit;
A quibus se tueri per se ipsam appetit· scire debet quia sua vir
tute non possit: Sed ei necesse est ut adiutorium
speret· qui nos & carne corruptibili viventes per re
demptionis suae mysterium possit· Alia sup. spiritus quos sine
carne roborare· Iesus Christus dominus· qui vivit & regnat cum
patre in unitate capq. spiritus sancti deus per
omnia saecula transducti saeculorum amen· hiero
EXPL OMELIA subiungit· XII; o anno